


Fragment of text from the adjacent page, including the word "colla" and some red initials.



*Noni medici et non parati sunt  
Ergo in Europa medicina et lobia et non videri  
de Marsilio et Francis et aliis de quibus per se non*



Aphorismi Hippo-  
cratis interprete  
Laurentio  
Lauren-  
tiano  
Florentino.

*phores per se non videntur  
et alia*

Impressum Erph  
urdie per Mich-  
aelem Bibli-  
opolam  
Anno domini M.D.xxiij



# Philosophia

De Philosophia et eius partibus

*Superiora sunt  
inferiora sunt  
A ysaia...*


Philosophia est scientia rerum  
causarum et effectuum. Dividitur  
in naturalem et moralem.

In philosophia considerantur  
causae et effectus. Naturalem  
philosophiam dicitur esse  
quae de rebus naturalibus  
tractat.

Moralis philosophia est  
quae de rebus humanis  
tractat. Dividitur in  
ethicam, politicam et  
oeconomicam.

Philosophia est ars  
vivendi. Per philosophiam  
homo potest vivere  
sapienter et iuste.

Philosophia est scientia  
universalis. Per philosophiam  
homo potest cognoscere  
veritatem.



*Interpretatio*  
**Aphorismi Hippocratis interpretatus**

se Laurentio Laurentiano Florentino.

*Interpretatio*  
Vita brevis: ars longa: occasio preceps: experimētum fallax: iudicium difficile est. Nec solum se ipsū officio fungentem exhibere oportet: sed etiam egrū et affidentes et exteriora.

*Interpretatio*  
2  
In perturbationibus ventris et vomitibus spontinīs si tale purgatur quale oportet res bene cedit et facile fertur: sin minus contra. Et idem concepta colorum in anitio si talis fiat qualis oportet res bene cedit et facile fertur: sin minus cōtra. Igitur et tempus et terriā et eratē et genera morborū: in quibus oportet necne p̄spicari officium est.

*Interpretatio*  
3  
Habitus athletarū admodum ruti non sunt: si ad summū deuenierint: nō enim in eodē subsistere queunt aut quiescere: q̄ si nō q̄escunt nihil p̄ficere in melius possunt. Restat igitur his de causis vt in deteri<sup>o</sup> labantur. Quamobrem soluere habitum expedit sine mora: vt denuo refici corpus incipiat. Nec vero ex tenuationes in extremum ducende sunt: sed pro eius qui corrigitur natura ducendum vt tolleret omnio euones in extremum deducte cum periculo sunt: rur̄ q̄ recreationes extreme ad periculum agunt.

*Interpretatio*  
4  
Tenuis exquisitaq̄ victus ratio in affectibus tum diuturnis omnibus tum etiam acutis: quibus nō competit: grauis molestaq̄ est. Itemq̄ victus qui in extremū tenuitatis deducitur: grauis est. Nam sacietas in summū acta molesta est.

*Interpretatio*  
5  
In tenui victus ratione egrī peccant: q̄ fit vt maiore afficiantur detrimento. Quicquid enim cōmitatur grauius obuenit q̄ in aliquantulū pleniore: hic igitur et sanis ruti non est illa admodum tenuis di-

ligeris: exquisitaq; victus ratio: ob eam rem q; diffi-  
cilius errorem qui committitur ferunt. Ita fit ut tenuis  
z diligens victus periculosior maxima ex parte sit eo  
qui paulo plenior precipiatur. 6

*In febribus morbis*  
Summis morbis summa diligentissime remedia  
adhibenda sunt.

Ubi morbus peracutus est et labores summi fati-  
gant: et tenuissimo victu vti necesse est. Et vbi mor-  
bus ita est tantum indulgendum est cibo quanto morbus  
ipse sit summo leuior.

Cum morbus consistit suo vigore: tunc tenuissimo  
victu vti necesse est. 9

Estimandum etiã colligendũq; est: an eger possit  
eo victu quem preceperis obdurare ad consistendũ vi-  
gorẽ vsq; egrotationis: et ille ne potius deficiat nec  
durare possit ea ipsa victus ratione: an morbus ante  
deficiat atq; hebetescat. 10

Quibus igitur consistentia maxima est: his tenuis  
victus maxima precipiendus est: quibus aut consistẽ-  
di vigor postea futurus est. his in eo ipso vigore et  
paulo ante subtrahendũ est. Tempore vero superiore  
vberius agendum vt eger sufficiat.

In accessionibus abstinentum est. assumere enim  
cibũ nocuum est: et quibus per circuitum veniunt ac-  
cessiones: in ipsa accessione abstinentũ est.

Accessiones vero cõditionesq; indicant morbi et  
anni tempora: atq; etiam successiva circuitũ incre-  
menta: siue quotidie siue vno interposito die: siue  
etiam per intervalla ampliora eueniant: necnon ex  
his qui superveniunt inditium accipi potest. Verbi  
gratia. In morbo costali si Scretio purulenta statim  
inter initia extitit egritudine contrahit. Sin postea  
puruit / extendit. Quinetiam vna alius sudor morbi: et  
bus aut difficile aut facile: aut nullo pacto indicari: aut  
posse aut longos aut breves fore significant.







Si quis a morbo cibū assumens non corroboratur  
plus cibi quam satis sit assumi significatur. Et vero  
si a morbo ita euenit: euacuatione opus esse sciēs  
debet.

Corpora quacūq; purgare libuerit: fluida eo facies.  
Corpora impura q̄ magis nutris: eo magis offēt  
Potu quam cibo expleri facilius est.

Que per morbos relinquuntur ab iudicatione / fas  
cūm reciduum.  
Quibus iudicatio instat ijs nox difficilis est que  
accessionē p̄cedit: subsequens aut nox facilior magis  
na ex parte accidere solet.

In p̄fluujs alui mutationes deiectionum iuuant:  
nisi in praua mutantur.  
Ubi fauces egrotant aut tubercula in corpore  
oriuntur: excretiones p̄siderande sunt. nam si biliose  
sunt: corpus egrotat. Si similes sanis corpus alere  
tutum est.

Ubi fames est: laborandum non est.  
Ubi plus cibi preter naturā ingestum est: morbum  
id facit patet hoc ex ipsa curandi ratione.

Corū que vniuersum atq; celeriter alunt: secretio-  
nes q̄ celeriter fiunt.  
Morborū acutorum p̄sagia: non admodum tuta  
sunt: neq; mortis neq; salutis.

Quibus iuuenibus ad huc alius humida est: his  
senescentibus siccatur. Contra / quibus iuuenibus ad  
huc alius sicca hec: his senescentibus humectatur.

Famem vini portio soluit.  
Quicunq; morbi ex repletionē fiunt: vacuatione  
curantur. Quicunq; vacuatione / repletionē: eodem  
q̄ modo ceterorum contraria remedio sunt.

*Handwritten marginal notes in Latin script, including:*  
solidiori & potu  
ty ad d' ad  
vlot. p. potu  
v. d' q̄m potu  
v. alio hui  
& aquo q̄m vlt  
v. d' d' vlt  
e qua h' d' vlt  
tubid d' quat. lag  
p. h. 14  
andronides ad d' p̄  
magis p̄m ibant  
colybat p̄ vlt  
p. vlt vlt  
vlt p. sobry  
p. h. h. d' om  
d. p. h. d' igno  
ibant  
p. vlt d' z z  
195. fl. 14



Morbi acuti intra quatuordecimum diem iudicantur.

29

Dies quartus septimi index est. octavus principii alterius septimane exorditur. Undecimus etiam considerandus est. Quartus enim secundi septenarius est. Item decimus septimus considerandus est. quartus enim a quatuordecimo; et septimus ab undecimo est.

25

*4 fac istius febri  
antennabil*

Quartane estive breves magna ex parte sunt: Autumnales longe: presertim que hyemem attingunt.

26

*Comitibus febri*

Febrem convulsioni supervenire melius est: quam convulsionem febri.

27

His que non ex ratione levant confidendum non est: nec pie metu omittendum solvere ea que eveniunt mala. hec enim magna ex parte infirma sunt: nec per se verare aut inorari diutius solent.

28

Febricitanti non admodum leviter et per summam corporis formam si corpus perstat nec villo modo collabitur: aut contra si magis tabescit quam ratio postulat. viciosum est. Alterum enim longitudinem morbi. Alterum inbecillitatem significat.

29

Cum morbi incipiunt si quid movendum est: move: cum consistunt et vigent: quiescere melius est.

30

Omnia cum incipiunt et finiunt leviora sunt: cum consistunt graviora.

31

Si cui ab egrotatione bene assumenti cibum corpus nihil proficit: signum est viciosum.

32

Omnes vere qui sese male habent. principio bene assumentes cibum nec quicquam proficientes in fine inedia exigunt. At vero qui principio vehementer inedia exiguunt: postea bene assumunt: melius evadunt.

33

In quovis

In quouis morbo mente constare et cibum adpetere  
est contrarium vitio datur.

32  
Peranosos minus periclitantur quam quorum natus  
remorbus convenit aut etati aut habitui aut tempo  
re: quam quibus non convenit alia ex his ratione.

35  
In quouis Egritudine partem vmbilici et in unum  
ventrem esse pleniorum melius est. Admodum exte  
nuari atque tabescere vitiosum est. Ad inferas etiam  
purgationes hoc tutum non est.

36  
Qui salubri corpora sunt celeriter per euacuatio  
nes oppressi dissolvuntur. Atque etiam qui cibo pras  
no utuntur.

37  
Qui corpore bene constant difficulter ad usum ve  
niunt medicamentorum.

38  
Potus et cibus paulo deterior modo suavior sit quam  
qui melior sed insuavior: anteponendus est.

39  
Seniores magna ex parte minus egrotant quam iuue  
nes. At tamen qui longi his acciderint morbi: magis  
na ex parte insanabiles tota vita comitantur.

40  
Raucedines et grauedines maioribus admodum  
nata concoqui nequeunt.

41  
Qui sepe et multum exolvuntur sine causa mani  
festa: unde repente moriuntur.

42  
Stupor attonitus vehemens solui non potest: les  
uis non de facili potest.

43  
Qui strangulantur et exolvuntur citra mortem si  
ore spumant non rescipiuntur.

44  
Qui obesi admodum sunt ex natura: celerius mor  
riuntur quam qui graciles.

45  
Qui morbo Comicali laborat: si juvenis est: li  
berari mutatione potissimum etatis: loci: et victus  
munere potest.

46  
Si dolor geminus non eodem loco infestat: qui ve  
bi

*quod in libro*

*in fat. l. 1. m. 1.*

*causid. &  
quidam  
4 li. exolvunt  
in quo dicitur  
schismata  
no. infans  
apoplexy  
ob. l.  
apoplexy  
juvenis*



capitulum in  
mutatur in  
30. in 2. solo  
l. in  
appetit

in 2. parte  
mutatur  
od. in 2. in 2.

9. in 20. lib. 4

in 2. in 2. in 2.  
in 2. in 2.

in 2. in 2. in 2.

benetior est: alterū leniore obscurat.  
Dolores et febres accidunt / magis cum constitur  
pus q̄ ubi cōfectum iam est.

In omni corporis motu cū fatigari incepit: cessat  
se protinus lassitudinis leuatio est.

Qui assueuerunt ferre labores: etiam si inuālidū  
sint aut senes: facilius ferunt: q̄ qui non sunt sueti  
quis robusti et iuuenes.

Quaecunq; longo tempore assueta sunt etiam si de  
teriora sint minus infestare solent: q̄ q̄ inueta sunt.  
Igitur ad insueta mutasse necesse est.

Nimis repente euacuare: implere: calefacere: res  
frigerare: quoue alio modo corpus mouere: tutū non  
est. Atq; nimium onne inimicum nature est. Conz  
tra paulatim lenteq; agere: tutū est. Deniq; de alio  
transire in aliud prestat.

Si cum omnia rōe feceris nō id prouenit qd ratio  
postulat: noli in aliud transire: dum maneat quod  
principio visum est.

Quorum alius humida est: q̄ quādiu iuuenes sūt  
melius degunt: quam quibus sicca est. Et in senec  
tate deterius. Siccatur enim alius magna ex parte  
q̄s qui senescunt.

Magnitudo corporis in iuuenta quidem formam  
liberalem adfert nec iniucunda: sed in senectute vsu  
difficilis est atq; deterius quod pcerius est.

Finis secundi libri

# Sententiarū Hippocratis

liber Tertius Interprete La  
urentio Laurentiano flo  
rentino.

Temporum mutationes potissimum parunt mor  
bos / magneq; temporum mutationes aut frigoris  
aut estus et reliqua ex ratione grauius incidunt.



Naturarū alie ad estatē / alie ad hyemē bene maleue se habent.

Ex morbis alij ad alia bene maleue se habent. Eodem modo etates ad tempora loca : et uictus genera.

Per tempora quoties eadem die modo estus modo frigus existit : morbos autumnales expectari oportet.

Austri hebetat auditū / caliginē obducit : corpora diffundit : pigrioraq; faciūt / caput agrauat. Ubi tēpestas ita pualuerit / affectus eius modi existūt. At si tēp<sup>o</sup> aqiloniū est / tusses / fauces / alui dure / difficultates vrine / dolores horriifici costarū et pectorū accidunt. Ubi ita tēpestates exuperarit / affect<sup>o</sup> eius modi expectato.

Quoties estas sit similis veri : sudorū copiā in febribus expectare oportet.

Per squallos febres acute fieri solēt : et si magna ex pte talis sit ann<sup>o</sup> qualē fecerit cōditioez : morbos q; expectare magna ex pte optebit.

In tēporibus nature legitimis cūq; tēpestiua tempestine reddūtur : morbi cōstātes : synceri et faciles veniūt. At vero iniquis incōstantes et iudicatu difficiles existunt.

Per autumnū morbi acutissimi atq; exitiosissimi accidunt magna ex parte. Uer saluberzimū est mīnimeq; exitiosum.

Autū<sup>o</sup> tabidis mal<sup>o</sup> est.

Quod ad tēporū attinet ratiōez : si hyēs squallida et aquilonia fuerit : ver pluuiū australeq; febres acutas fieri estate necesse est. Et lipitudines et intestinorū difficultates : maxime mulieribus et ijs qui humidam habent naturam.

Sed si hyems australis pluuiā et tepida fuerit ver squallidū aqletūq; mulieres quarum pari<sup>o</sup> iuxta ver pperat abortū ex q; libz cā faciēt. Que aut pepererit

Hy. temp. long  
v. Hy. 20

Hy. 20

Hy. aqiloniū

Squallorib. aut

Morb. autumnalib.

Hyem. B. Squallida

Hyem. austr.  
ver. Squallid.  
q; abortū  
p. ver.

inbecilles ac morbidos edent infantes. Ita ut aut  
statim pereant aut tenues atq; valetudinarij vliant.  
Ceteris difficultates intestinorum: et lippitudines a  
ride accident. Senioribus vero distillationes que ci  
to interimant.

*Aug. Symplicius*

Si estas squallida / aq; lentas fuerit: autumnus  
pluvius austrinusq;: dolores capitis: tusses: rauces  
dines grauedines: per hyemē existunt. tabes etiam  
nonnullos inuadit.

At si aquilonius sit et siccus: viris natura humis  
dis et mulieribus proderit. Reliquis accident lippis  
tudines aride et febres acute et grauedines: nonnul  
los etiā atrabilis vrgebit.

Conditionum anni squalores (quod in totum dix  
erim) salubriores q; imbres minusq; mortifere sunt.

*Mobi 7 2620*

Morbi per imbres magna ex pte consistunt: febres: al  
ui fluores: putredines: attoniti: Comitiales angine.

Per squalores: tabitudines lippitudines: articu  
lorum dolores: stillicidia vrine: difficultates intes  
tinorum.

*Lyb 0*

Conditionum quottidianarum aquilones corpora  
constipatiores: contentiores: mobiliores: coloratiores  
q; faciunt auditum etiam adiuuant. Sed alium sic  
cant: oculos mordent: et si in pectore dolor aliquis p  
est acrius excitatur. austrī corpora dissolunt et hu  
mefaciunt: caput aggrauant: auditum obtundunt:  
vertigines mouent: oculis et corporibus afferunt tar  
ditatem: aluos etiam humefaciunt.

*Lyb 1*

Per tempora anni pueri et qui etate his proximi  
sunt: vere atq; prima estate optime degunt et max  
ime valent. Senes estate et autumnno aliquandiu.  
Reliquo autumnni tempore qui media sunt etate melis  
us valent.

Morbi omnes quidem temporibus omnibus accis  
dunt: Sed nonnulli certis quibusdam et oriuntur et  
irritantur.

*Per*

Vere enim atrebiles: furores: comitiales: pfusiones

fanguinis: angine: tusses: grauedines: raucedines:  
pustule vlcerose plurime: tubercula: articulorum do  
lores. 21

Estate nonnulli ex his: ac febres continue: et ardo  
res: et tertiane plurime: vomitiones etiam: alui p  
rofluvia: oculorum et aurium dolores: oris vlcer a:  
genitalium putredines et sud aia. 22

Autumno magna pars estiuorum atq; etiam febs  
res quartane et erzonee lienes: aque intercutem: ta  
biles stillicidia vrine: leuitates intestinorum: Cor  
tiendices: angine: anhelationes: voluuli: comitias  
lules: atrebiles: furores. 23

Hyeme costales: pulmonie: raucedines: tusses: do  
lores laterum: pectorum lumborum: dolores capis  
itis: vertigines: attoniti. 24

Per etates hec accidunt paruis et recēs natis pus  
taerulis: vlcer a oris: vomitus: insomnie: pauores:  
inflammationes vmbilici: hūores aurium. 25

Paulo etate progredientibus cum dentire incipiūt  
gingiuarum pruriges: febres: conuulsiones: alui  
fluores: maxime cum caninos edunt: et vs potissimū  
a pueris qui corpulentissimi sunt: et aluos habēt a st  
arictas. 26

Adultioribus iam tōsille: vertebre in occipitio si  
que luxatio in partem interiozem: anhelationes: cal  
iduli lubrici teretes: a scaride: verruce: satyrie strus  
tume et reliqui abscessus: sed precipue que enumer auis  
27

Adolescentibus iam et pubescentibus magna eo s  
imrum pars accidit: aq; etiam febres diutine potius et  
28

Plurimi hō affect<sup>o</sup> pueril<sup>is</sup> etat<sup>is</sup> iudicatur: aut ins  
tra qdragesimū diē aut itra septim mēse: aut intra  
7. annū: aut cū ad pubertatē ituri. Qui aut p dū  
erant nec solui potuerit pubescēti aut feie cū mēstrua  
29

Terūpūt: vs con senescere assolent. 29  
Iuueib<sup>us</sup> sanguis screati<sup>o</sup> est: bes: febres / acute:  
cōriales: et reliqui morbi sed p ipue q enūer auis.  
b iij

*Handwritten notes:*  
Auss  
amidy  
gy...



Qui hanc excefferunt etatem: us anhelationes: costales: pulmonie: obliuarij: deliria: ardores: biliares alui fliores longi: difficultates intestinorum: lenitates intestinorum marisce.

Maiores nati difficultates spirandi: destillationes: tusses: stillicidia vrine: articuloru dolores: renum dolores: vertigines: attoniti: mali habitus: aspreoines totius corporis: insomnie: alui oculorum et aurium humiditates: hebetudines oculorum: grauitates aurium.

Finis Libri Tertij Aphorismoru Hippocratis secundu traductis nem Laurentiani.

Sententiarum Hippocratis liber quartus interprete Laurentio Laurentiano florentino

Mulierem vtero gerentem purgabimedicamento: si materia turget: quarto mense et ad septimum vsq: sed eas minus. A recetioze autē et auctioze cauebis.

In medicamentoz vsu si talia ducuntur ex corpe: q̄lia vel sp̄te creant vtile est: si p̄tra cohibēda sūt.

Si quale purgari optet: tale purgatur: p̄dest et facile fertur. Si cōtra difficulter.

Estate potius supra: hyeme infra ducendum medicamentis est.

Sub cane et ante canem: medicamentorum vsus difficilis est.

Macilentos ad vomitum faciles: purgandos supra curabis: cauendo hyemem.

Qui aut ad euomēdū difficiles sūt et corpe medios criter cōstāt: infra purgabz cauēdo estate.

Tabidos caue vnq̄ ad supnas ducas euacuationes

Atrabilarios plenius infra eadem q̄ ratione cetera afferes.

In valde acutis die primi vacuādū ē si materia turget. Supsedere eni in ēmodi malo est.

*7 mēse mēse  
femina*

*Sub cane et ante  
mēse diff. p̄gred*



*London*  
Quibus tormia circa umbilicū fatigāt: et labor  
atq; lumborū dolor infestat: nec medicamēto aut vl  
lo alio modo solui cruciatus potest: ijs in aquam in  
tercutem sicca decumbitur. 12

Quorū alui leuitate intestinorū infestatur biber  
no tēpore: eos supra purgare necesse est. 13

Qui non de facili supra veratio purgatur: Corū  
corpora ante potionem humectanda sunt cibo plenis  
ore quieteq;. 14

Cum qui veratrum biberit ad corporis motione s  
magis ad somnos quietesq; minus ducito. Motiōe  
corp<sup>o</sup> turbari: inditio est navigatio. 15

Cū libuerit vt veratrum āplius ducat: corp<sup>o</sup> mo  
ueto. Corra cum sistēdum cēpueris: somnum molis  
tor: nec quicq; mouero. 16

Veratrum periculosum ijs est qui corpore integro  
sunt. Facit enim conuulsionem. 17

Si quis nō febriēs inedia exigit: et cordis dolore  
aut caliginosa vertigine infestatur: ac oris amari  
tudine sentit: purgatiōe se egere parte superiore sig  
nificat. 18

Dolores qui supra p̄cordia infestant: purgationē  
supra: qui infra: infra requirunt. 19

Qui in medicamētoꝝ potiōe nō sitiunt cum purgā  
tur: ū nō desinunt priusq; siciant. 20

Si tormia acciderint nō febricitati: et genuū gra  
uitas: et lumborū dolor: purgatiōe infra opus esse  
significatur. 21

Defectiōes nigre modo sanguinis arri spōte veniē  
tes: siue cum febrī: siue sine febrī: pessime sunt: et q̄  
plures sunt prauī colores: eo peius. Sed si ex medis  
camēto tales egeruntur: meli<sup>o</sup> est: et q̄ plures nō pra  
ui colores sunt eo melius. 22

In quocunq; morbo incipiente/ si atrabilis/ vel su  
pra/ vel infra exierit: letale est. 23

Quicumq; ex morbis acutis: aut diuturnis: aut  
vulneribus: aut alio quouis modo extenuati:

*Hydrops quartanus  
Pc in diuorū fm  
Dolan plama  
typanat spis  
Hydrophob  
e fura*

*quibz nō p̄d fuerit  
quarā nō d̄ty*

*Motod*

*ff nōd v̄ gradū  
moty*

*qd t̄ q̄i  
p̄ganū*

*tōd fiburūdel*

*Simulac̄l ingre*

*at b̄d̄il*

*at bilis . . .*

Atrabilem sanguini atro similem emiserint: postea  
ridie moriuntur. 29

Difficultas intestinorum si ab atrabile incepit: letalis  
est. 25

*Signum . . .*

Sanguis supra emissus qualiscumque est malus est  
infra autem bonus est. 26

*Cardinalis . . .*

Si ex difficultate intestinorum laboranti Caruncule  
erunt: letale est. 27

*Signum . . .*

Quibus per febres sanguis alicunde large exierit: si  
in recreatione alui humide redduntur: 28

*rigoribus*

Quibus deiectiones biliose erunt: surditate super  
veniente finiuntur: et quibus surditas precesserit: desinit  
si deiectiones sequuntur biliose. 29

Quibuscumque febricitantibus die sexto rigores acci-  
dunt: usque difficulter iudicatur. 30

Quibus accessiones veniunt si febris quacumque ho-  
ra dimiserit: eadem altero die reperit: usque difficulter  
iudicatur. 31

Qui per febres lassantur: usque in articulos et maxillas  
potissimum abscessus decumbunt. 32

Quibus convalescentibus a quavis egritudine per  
aliqua corporis labore vexatur: usque eam in parte abscedit. 33

Qui etsi priusquam egirotassent parte aliqua sui cor-  
poris perdoierint: eodem morbo decumbit. 34

*Signum . . .*

Si a febre detento nullo tumore faucium strangulatio  
subito accidit: letale est. 35

*Signum . . .*

Si febricitanti collum pervertitur ut vix deorsum  
re possit sine ullo tumore: mortiferum est. 36

*Signum . . .*

Sudores febricitanti si statim inceperunt bono sunt  
et tertio die: et quinto: et septimo et nono: et undecimo:  
et quarto decimo: et 20. et vicesimo. et et vicesimo  
septimo: et tricesimo: et tricesimo quarto. His enim  
sudoribus morbi iudicantur. Qui autem non ita  
veniunt: laborem significant et longitudinem morbi

Sudores frigidi si cum febre acuta accidunt: mor-  
te significat. Si cum mitiore: longitudinem morbi.

Et qua parte corporis sudor est: ibi morbum esse  
significatur.

Et qua parte corporis frigus aut calor est: ibi mor-  
bus est.

Ubi in toto corpore mutatio fit: et modo corpus frigus  
gescit modo calefit: aut colorem alium ab alio res-  
cepit: longitudo morbi significatur.

Si per somnum sudoris copia sine causa manifes-  
ta euenit: usus cibi plenioris significatur. Sed si  
non per somnum id accidit: inanitione corpus egere  
significatur.

Sudor multo modo frigidus modo calidus assidue  
fluens: frigidus magis: calidus minus: morbum sig-  
nificat.

Quaecumque non intermittentes die tertio vehementis-  
sime redduntur magis periculose existunt. Sed si quibus  
modo intermittunt securitatem inesse significatur.

Que febres longe exercent iis vel abscessus in arti-  
culo vel labores decumbunt.

Quibus aut abscessus in articulos aut dolores des-  
cumbunt ex febribus longis: non cibo. pleniore utuntur.

Si rigor accidit per febrem non intermittente ego-  
iam debili: letale est.

Excretaiones in febribus non interpellatis linide:  
aut cruenta: aut fetide: aut biliose omnes sunt ma-  
le: sed si bene excernuntur salutare sunt. Deiectio-  
nes etiam et urine iuuant: que commode exeunt. At  
si nihil commode per ea loca excernitur malo est.

In febribus non interpellatis si partes exteriores  
inalgescunt interiores utuntur letale est.

In febre non interpellata si labrum: aut oculi: aut  
supercilium: aut nasus peruertitur: si visus: si

c i

3. do. frigidus

ubi sudor ibi morbus

mutatio

3. sudor  
4. 33

3. do. frigidus

3. do. frigidus

3. febris

1. febris

3. febris

non est febris  
delirium

lacrime oculorum

in febre arida

Quibus febris  
gravis

in febre  
convulsione

febris tertiana

in febre  
periculis

in febre  
dudum

in febre  
regia

in febre  
regia septimo die

in febre  
regia

auditus defecerit egro iam debili: quicquid erit  
 accidit: mors in propinquo est. 50  
 Quibus in febre non interpellata difficultas spirandi cum delirio accidit: letale est. 51  
 Per febres abscessus nisi primis solvatur indicati  
 onibus: morbi longitudinem indicat. 52  
 Quibus in febribus aut in alijs morbis oculi volu  
 tate lacrimant: nullum est malum. Sed quibus no  
 lentibus: periculosus est. 53  
 Quibus lentore dentes opplentur: istae febres incio  
 unt vehementes. 54  
 Quibus rufes aride leuiter irritantur per ardores:  
 non admodum siti afficiuntur. 55  
 Ex inquina febre: nisi diaria sit mali est. 56  
 Febricitanti si sudor accidit febre non intermitte  
 re malo est. Morbus enim prorogatur: plusque humi  
 ditatis inesse significatur. 57  
 Qui convulsione aut distentione tenetur si accidit  
 febris morbum leuat. 58  
 Qui ardore tenetur si rigor accidit: soluitur in eo  
 malo. 59  
 Febres tertiane septenis circuitibus iudicantur: quod  
 longissimum est. 60  
 Quibus per febres aures obsurduerint: istae sang  
 uis e naribus fusus aut alius perturbata soluit mor  
 bum. 61  
 Febris nisi die impari desierit: solet recidivare. 62  
 Quibus per febres morbus regius ante septimum  
 accidit: letale est. 63  
 Quibus per febres quottidie frigus accidit quot  
 idie febres solvuntur. 64  
 Quibus per febres morbus regius die septimo aut  
 nono: aut quartodecimo acciderit bono est: nisi illa  
 dextra obduruerint. Nam si hoc ita accidit non be  
 ne est. 65  
 In febribus si circa alium calor vehemens ac do  
 lor cordis infestat: male est. 66

In febribus acutis si convulsiones aut viscerum dolores vehementes acciderint: male est. 67

In febribus si pauciores per somnum aut convulsiones accidunt: male est. 68

In febribus spiritus subsistens malo est: quoniam convulsionem significat. 69

Quibus urine crasse / grumose et paucæ sunt non sine febre si tenues et copiose prodierint: prodeunt: maxime verotales exeunt / is qui statim aut brevi sedinem habent. 70

Quibus urina turbulenta qualis iumentorum est: is dolor capitis vel adest: vel aderit. 71

Quibus septimo die iudicatur ad salutem: is urina quarto die nubeculam habet rubicundam et relis qua ex ratione. 72

Quibus urina candida per lucida emittitur malo est: deliris potissimum euenit. 73

Quibus ilia suspensa murmurant: si lumborum dolorum accesserit: is alui admodum humectantur: nisi flatuserumpat: aut urine copia prodeat: id est in febribus. 74

Quibus abcessurum in articulos est: is exiit abscessus urina crassa copia alba. Qualis in febribus laboriosis quarto die nonnullis exire incipit. Sed si sanguis quoque e renibus eruperit: brevi admodum leuabuntur. 75

Si sanguis aut pus effluit per urinam: exulcerationem aut renum aut vesice significat. 76

Quibus cum urina crassa caruncule erigunt aut veluti capillamenta exeunt: ex renibus is excernitur. 77

Quibus cum urina crassa surfurea quedam exerunt: is vesica scabie affecta est. 78

Quicumque sponte sanguinem mingunt: is venulam ruptam esse in renibus significatur. 79

c. 79

gumif. 10. 11

pauciores

Convulsiones

Crasse / grumose

turbulenta

nubeculam

relis

Convulsiones

urina alba

abscessus

urina

caruncule

surfurea

venulam

*Ar. d. p. m.*

*Sanguis in urina*

*Si quis sanguinem aut pus aut squamas mingit*

*in urina*

*quibus in urinaria fistula tubercula cruntur*

*Conuulsio*

*Sanguinis multe profusioni*

*Si ebrius quis subito obmutuerit*

*Comitiales*

Quibus in urina desident arenosae: is gluteo vesica laborat.

Si quis sanguinem mingit et grumos et guttatum emittit urinam ac dolore ad ventrem inum et pectine et femē vexatur: morbis circa vesicam laborat.

Si quis sanguinem aut pus aut squamas mingit: et cum grauiolentia in urina exulceratio visce significatur.

Quibus in urinaria fistula tubercula cruntur: us supuratione facta et eruptione leuatur dolor.

Mictio noctu copiose facta: exiguum fore deiectionem significat.

Finis libri quarti Aphorismorum Hippocratis secundum translationem Laurentiani.

Sententiarum Hippocratis liber quintus interprete Laurentio Laurentiano Florentino.

Conuulsio a veratro letalis est.

Conuulsio a vulnere letalis est.

Sanguinis multe profusioni pulsio aut singultus superueniens: malo est.

Expurgatione conuulsio aut singultus superueniens malo est.

Si ebrius quis subito obmutuerit conuulsus emoritur: nisi prehensus a febre sit: aut cum ad eam venerit horam qua capula soluitur facultatem recipiat loquendi.

Qui a distentioneprehenduntur intra quartum diem intereunt. Si tamen hos euaserint conualescant.

Comitiales quibus ante pubertatem accidunt mutationem recipiunt: quibus anno vice sumo quinto commoriantur.

Quibus costales non repurgantur intra quartum decimum diem: in supurationem vertuntur.

Tabes maxime fit per etates: ab anno decimos  
octavo ad trigessimum quintum. 10

Qui anginam euaserint: us in pulmonem absces  
